

Plouquet, Gottfried

De hylozoismo veterum et recentiorum

Tubinga 1775

4 Diss. 3452,2

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10965148-6

VD18 1504338X-001



§. I.

Hylozoismus vocatur sententia eorum, qui materiæ vitam inesse statuunt; id quod ex ipso vocis etymo manifestum est, cum vox hæc ex ὕλη, *materia*, & ζωή, *vita* componatur.

§. II.

Pro diversis materiæ & vitæ notionibus variant quoque Hylozoismi species.

§. III.

Cum plerique in eo convenient, ut phænomena sensibus manifesta *materiam* nominent, & *vitam* e principio quodam virium derivent: *Hylozoismus*, dividi & subdividi potest hac ratione: Vniverso materiali

Aut inest anima una;


Aut plures animæ ipsi inexistent.

Si non nisi Una ipsi inest Anima;

Eadem aut virtutis Infinitæ statuitur, aut finitæ.

A 2

Si



*Si finitæ tantum virtutis esse assumitur;
Aut hæc dirigitur a DEO,
Aut a se omnia peragit.
Si plures universo materiali inexistent animæ;
Aut tandem relinquitur in resolutione materiæ materia
non-viva; aut omnis materia est viva.
Si omnis materia est viva;
Aut aliquando subsistitur in elementis; aut non.*

§. IV.

Notio animæ cum sit notio entis incompleti, & referatur ad subjectum ab anima informandum, quod ita informatum constituit Animal: Sub hypothesi prima Vniversum materiale in suis phænomenis & regularitatibus dirigitur & immediate afficitur ab Anima, nec non ipsa hæc Anima immediate afficitur & patitur a Materia.

§. V.

Quanta igitur est extensio molis materiæ; tanta quoque est Virtutis animantis ad materiam applicatio; id quod autem non infert Virtutis hujus infinitatem metaphysicam, sed tantum virium magnitudinem mathematicæ æstimabilem.

§. VI.

Anima mundi, quæ fingitur, aut necessario colligatur cum mundo, aut eadem libere mundum animat. Si nexus animam inter & mundum est necessarius; eo ipso connexio cum rebus finitis necessaria conceditur. Quod autem necessariò finito est adjunctum, id ipsum finitum esse oportet.

§. VII.

Si Mens quædam actu libero sistema rerum materialium animare fingatur; eo ipso virtus agendi in idem sistema ipsi conceditur. Posita autem vi agendi in rem aliam, non opus est ea animatione, per quam dependentia quædam a re animata in Mentem introduceretur.

§. VIII.

§. VIII.

Vt primum concipitur Vis metaphysice - infinita; omnis forma animæ evanescit, cum Vis absoluta & Primitiva superior sit omni eo, quod æqualitatem quandam cum limitata vi infert.

§. IX.

Vis Infinita principio formativo seu generativo pollens format systema imaginum realium. Cum ipsa hæc Virtus operans ab effectibus suis aliquid recipit, id tamen nulla ratione comparari potest cum ea passivitatis notione, qua virium limitatio supponeretur.

§. X.

Status, quo DEVS sine manifestatione sui externa existere potest, differt ab eo statu, quo semet intuetur cum manifestationibus externis. Cum igitur inter status hosce intercedat differentia realis; necessarium est, ut per manifestaciones externas aliquid fiat, quod ab hisce manifestationibus derivandum est. Ita vero nulla limitatio oritur, sed effectuum actuositatis Infinitæ perceptio quædam inde manat, quam autem non possumus mente nostra assequi.

§. XI.

Qui *perceptiones ejusmodi* ex effectibus principii formativi fluentes vocare velit *statum passivum*; nihil absurdum admittet, cum hac ratione non omne *passivum* convertatur in *limitatum*.

§. XII.

Influxus realis Virium divinarum in res formatas non est rerum formatarum *animatio*, sed virium derivativarum *sustentatio*. Animatio enim notione recepta aliquid longe minus significat, quam rerum formatio & sustentatio.

§. XIII.

Non omnes eodem modo sibi concipiunt Animam mundi. Pro diversis imaginationis aberrationibus varie eadem repræsentari solet: Virgilius eandem hisce versibus e mente Stoicorum describit:

*Principio cælum ac terras camposque liquentes
Lucentemque globum lunæ, Titaniaque astra
Spiritus intus alit: totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominum pecudumque genus, vitæque volantum
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.*

Et alio loco:

*. . . . Deum namque ire per omnes
Terrasque tractusque maris, cælumque profundum,
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas.
Scilicet huc reddi deinde ac resoluta referri;
Omnia.*

§. XIV.

Secundum hosce imaginationis lufus unus idemque spiritus semet ipsum mutat mox in rationalem, mox in irrationalem, modo hunc, modo aliud sibi inducit characterem, semet ipsum resolvit in personas inumeras, ita tamen, ut redditus omnium in Idem Subjectum servetur; quæ adeo absurdâ sunt, ut confutationem prolixiorē vix mereantur. Quis enim non intelligit, Vnum Spiritum, si quidem forma spiritus in vi sui manifestativa ponatur, non posse dividi in plura subjecta perceptiva five intelligentia, five sentientia, five utramque facultatem conjungentia; neque plura subjecta sibi manifesta reduci posse ad unum sui manifestativum.

§. XV.

§. XV.

Character spiritus hujus facti sibimet ipsi contradicit, cum contrarias assumat eodem tempore formas, idemque simul intelligat & non intelligat, idemque appetat & aversetur, adeoque spiritui huic facto manifestatio sui constans dematur.

§. XVI.

Si Anima quædam mundo infusa ponatur dirigi in suis operationibus a DEO, Ente Primitivo & Realissimo: ante omnia de veritate notionis, quæ cum Anima Mundana jungenda esset, dispiciendum est.

§. XVII.

Cum fingitur substantia omnes mundi partes animans, ita, ut ex hac animatione generentur & conserventur homines & pecudes, plantæ, metalla & omnium specierum formæ regulares; tum Anima aut tantum est pars animati; aut ejusdem Principium. Si substantia animans ea ratione mundum animat, ut animatum sit pars animantis; eadem, quæ modo memoravi, absurdâ inde proveniunt. Sin autem Anima hæc universalis est *Causa efficiens* omnium vivorum omniumque formarum, ita, ut Anima Mundana sibi sit manifesta ut *Principium* animatorum; tum Animæ huic tanta virtus adscribitur, quanta in Ens limitatum non cadit.

§. XVIII.

Spiritus limitatus sibimet ipsi non est principium Vitæ, adeoque nec aliis suppositis idem principium fieri potest, quia hoc pacto tantum perfectionis orioretur in effectu, quantum ipsi Causæ efficienti abjudicatur ob defectum Virium sufficientium.

§. XIX.

§. XIX.

Posita, non concessa, Animæ hujus possibilitate systema specierum innumerabilium longe melius intelligitur ex animabus, quæ specie & individuis differunt, quam e communi anima innumeris modis modificabili & transformabili.

§. XX.

Virtus suprema format species animantium, omniumque rerum, ac eo ipso producit easdem cum suis viribus & animabus, quarum unaquæque suum servat manifestationis characterem.

§. XXI.

Non potest concipi Vis semet ipsam in partes, quarum nulla alteram percipit, & quarum quælibet species suum characterem peculiarem gestat, discerpens, seque restituens in subiectum unum.

§. XXII.

Alio modo describitur *Hylozoismus Stratonicus*, vi cuius *Natura* quædam omnia gignit & animat sine ullo sensu & consilio.

§. XXIII.

Equidem nostra parum interest nosse, quid senserit hic vel ille? De valore rationum agitur, non de nominibus autrum, aut de historica dogmatis cuiusdam expositione, excepto casu, quo ab ipsa historia momentum quoddam ipsius rei pendet.

§. XXIV.

Cum autem de hac Hylozoismi specie jam aliquid dicendum sit; proferamus loca quædam, unde aliquid de eadem con-

constat. Ita Cicero de Natura Deorum L. I. *Stratonem*, tradit, vim divinam omnem in natura sitam esse censere, quæ causas gignendi, augendi, minuendive habeat; sed careat omni sensu & figura.

§. XXV.

Quod ipsum allegat quoque *Lactantius de Ira DEI*, Cap. X. hisce verbis: *Qui nolunt divina providentia factum esse mundum; aut principiis inter se temere coeuntibus dicunt esse concretum, aut repente natura extitisse; naturam vero, ut ait Straton, habere in se vim gignendi & minuendi, (vivendi, sec. codices quosdam) sed eam nec sensum habere ullum, nec figuram, ut intelligamus, omnia quasi sua sponte esse generata, nullo artifice, nec auctore. Utrumque vanum & impossibile.* Plutarchus L. adversus Colotem de eodem philosopho hæc habet: Τον κοσμον αυτον & ζωον ειναι, το δε κατα Φυσιν επεδωμ τω κατα τυχην. αρχην γαρ ενδιδονατ το αυτοματον, ειτα γτω περαινεσθαι των Φυσικων παθων εκαστον: *Mundum non esse animal; verum id, quod est secundum naturam, sequi id, quod est fortuitum. Principium enim dare automaton, deinde vero perfici unum quodque naturalium passionum.* Sensum horum verborum judico ita explicari posse: Mundum non esse animal sensu Stoicorum, sed naturales rerum qualitates agere pro natura subjectorum casu concurrentium. Initium operationum naturæ pendere a principio, cui vis movendi inest, & deinde reliqua perfici ad leges mechanicas.

§. XXVI.

De eodem Stratone Cicero Qu. Acad. L. IV. hæc habet: *Strato negat opera Deorum se uti ad fabricandum mundum; quæcumque sint, docet omnia esse effecta natura, nec, ut ille, qui asperis & laevibus & hamatis, uncinatisque corporibus concreta*

hæc esse dicat, interjectio inani. *Somnia censet hæc esse Democriti non docentis, sed optantis.* Ipse autem singulas mundi partes persequens, quicquid aut sit aut fiat, naturalibus fieri, aut factum esse, docet ponderibus & motibus. De eodem dogmate idem Cicero L. II. de Natura Deorum ita scribit: *Alii naturam censem esse vim quandam sine ratione, carentem motus in corporibus necessarios.*

Rad. Cudworthus, quomodo sententiam Hylozoitarum concipiatur, ex hac descriptione, quam in Systemate Intellectuali f. 98. adfert, disci potest: Quos, inquit, *Hylozoitas nominavimus, cum ipsa corpora, tum minimam quamvis eorum particulam, et si ratiocinandi virtute careant ac intelligentia, vitam tamen, perceptionem & appetitionem quandam ipsa naturæ lege compleæti, confirmant.* Ex quo apparet, vitam eos & materiam extensam non secus, ac duas res imperfectas, quæ unam constituant naturam, cui nomen corpus sit, spectare. Ista vero vita, non animalis quidem, sed genitrix, quam inesse prædicant materiæ, tandemque ejus partibus, hanc habet virtutem, ut quælibet materiæ portio se ipsam via & arte formare & fingere, iisque virtutibus, quæ in se cadere possunt, donare queat, tametsi rationem & consilium nunquam vel adhibeat ad eam rem, vel etiam adhibere possit. Atque hæc materiæ machinatio eo usque procedit, ut in brutis animalibus sensus & delectatio, in hominibus vero consilium, ratio & intelligentia inde nascatur.

§. XXVII.

Conferantur cum hisce, quæ Bruckerus Histor. Crit. Philos. T. I. p. 846—848. scripsit, ubi indubitatum esse affirmat, Stratonem non aliud ad materiæ formationem principium requisiisse, quam quod naturaliter materiæ inest, quodve *Naturam obscurissimo vocabulo nominavit, eique vim divinam,*
quæ

quæ causas gignendi, augendi minuendive habeat, sed caret omni sensu, adscripsit.

§. XXVIII.

Brevibus jam fictiones hasce excutiamus: Si vis divina inest materiæ; si omnia, quæcunque formata sunt, a Natura formantur, evolvuntur, generantur & secundum regulas constantissimas conservantur; necessarium est, ut origines hæ rerum e natura materiæ intelligi possint.

§. XXIX.

Si materia constat atomis: e nullo concursu atomorum, *sive τυχη*, *sive Φυσις*, *sive αυτοματον* vel conjunctim vel se paratim operari fingantur; explicari potest, quomodo regularia & organisata inde oriantur corpora.

§. XXX.

Si *η τυχη*, casus fortuitus, in subsidium vocetur; tum aliquid assumitur, quod infinites sæpius regularitates turbat & rejicit, quam easdem admittit, cum aberratio ab ordine systematico infinitis modis accidere possit, dum constans rerum formatio & generatio inde semel oriatur.

§. XXXI.

Si quis *την Φυσιν* atomorum aliquid regulare inferer censeat; eum effectus hosce ordinatos derivare oportet ab eo, quod atomis est internum. Sed nihil est in atomo, quod ad hunc potius cum aliis atomis concursum, ad hanc potius concretionem quam ad aliam quamvis, ducat. Ubi est defectus omnis rationis, e qua effectus explicari potest, ibi plane nihil intelligitur, quod fundamenti cujusdam loco assumi possit.

§. XXXII.

Si atomi fingantur esse automata; tum nihil hac additione proficitur, quia vis motrix atomi unius in se nihil continet, quod conjunctum cum vi motiva alterius potius regularitatem excitaret, quam irregularitatem. Casus irregularitatum incomparabiliter plures concipiuntur, quam regulatuum; cum principium ducens ad regularitatem nullibi inveniatur.

§. XXXIII.

Si necessitate interna atomi ferrentur; haec necessitas nondum includeret viam ad regularitates obtainendas, nisi quis somniaret, ipsum ordinem esse effectum concursus atomorum necessarii. Ita sumeretur id, de quo queritur.

§. XXXIV.

Si quis atomos assumat infinite-multas, quarum quaelibet sua vi motrici, suo pondere, sua vi attractiva, sua vi repulsiva, sua magnitudine, sua figura, suisque aliis qualitatibus agat, ac praeterea ex hisce atomis non nisi ordines constantes, organisationes & vias systematicas oriri posse statuat; eum docere oportet, undenam ipsae atomi suam habeant originem? quomodo necessitas earundem stabiliri possit? quomodo non nisi unus coordinationum modus inde fluat? & denique, quomodo sensus, ratio & consilium inde provenire possint? At molimina haec esse frustranea comprehendet.

§. XXXV.

Quod est principium suæ existentiæ; ei non potest quicquam deficere, quod ad perfectionem sui pertinet. Sed cuivis atomo, sive viva sive non viva ponatur, infinite-multa ad majorem sui perfectionem desunt; Nulla igitur atomus principium existentiæ habet in se. Si principium existentiæ ato-

atomorum in Ente Superiori quærendum est; tum & ipsa atomorum coordinatio ab Eodem pendet, & sic cadit natura atomorum sufficiens ad procreandum mundi ornatum.

§. XXXVI.

E concursu atomorum & quarumcunque rerum distinctarum non posse oriri ens perceptivum, vel ex hoc uno apparet, quia e pluribus realiter distinctis non potest nasci subjecti Vnitas, quæ in sui manifestatione intelligitur.

§. XXXVII.

Male hinc consuluit atomistarum hypothesibus Bayle in suo Dictionario, Artic. *Leucippe*, nota E. ubi originem animalium ex atomorum systemate explicari posse putat: Ita vero ille: *Ils eussent pu répondre à une objection, qu'ils n'ont jamais pu résoudre: c'est celle que Plutarque propose à l'Epicurien Colotes, & que Galien a étalée très-fortement.* Elle consiste en ceci; que chaque atome étant destitué d'ame, & de faculté sensitive, on voit manifestement, qu'aucun assemblage d'atomes ne peut devenir un être animé & sensible. Mais si chaque atome avoit une ame, & du sentiment, on comprendroit, que les assemblages d'atomes pourroient etre un composé susceptible de certaines modifications particulières, tant à l'égard des sensations, & des connoissances, qu'à l'égard du mouvement. La diversité, que l'on remarque entre les passions des animaux raisonnables & irraisonnables, s'expliqueroit en general par les combinaisons différentes des atomes. Il est donc bien surprenant, que si Leucippe n'a point connu à cet égard-là les interets de son Systeme, ceux qui sont venus après lui, n'aient pas été plus éclairés, & n'y aient pas ajouté cette piece nécessaire &c.

§. XXXVIII.

Miror inconstantiam Viri hujus revera subtilissimi, qui in eadem nota sibimet ipsi contradicit, cum ad omnem per-

ceptionem necessario Vnitatem principii perceptivi requirat, & omni materiæ e notione compositionis abjudicet facultatem cogitandi. Dicit Bayle ibidem. *On eût trouvé un autre grand avantage dans l'hypothèse des atômes animez ; car leur indivisibilité eût pû fournir quelques reponses à l'Objection insurmontable, à quoi est sujette l'opinion de ceux, qui soutiennent, que la matière peut penser, c'est-à-dire, avoir des sentimens & des connoissances.* Cette objection est fondée sur l'Unité, proprement dite, qui doit convenir aux êtres pensans. Car, si une substance qui pense n'étoit une que de la manière qu'un globe est un, elle ne verroit jamais tout un arbre ; elle ne sentiroit jamais la douleur, qu'un coup de bâton excite. &c. Quamvis ipsæ materiæ partes assumantur ut vivæ, ut percipientes & ut cogitantes ; ex collectione tamen particularum cogitantium nunquam orietur subjectum unum cogitans. Quemadmodum enim v. g. Exercitus non potest concipi ut subjectum cogitans, vel apum examen ut subjectum sibi manifestum ; ita nec quocunque plurium percipientium aggregatum potest considerari ut animal unum.

§. XXXIX.

Deinde nulla ratione intelligi potest, quomodo atomi ad animal rationale requisitæ non misceantur cum atomis ad irrationale requisitis, quomodo characteres & species animalium in generationibus conserventur, quomodo præterea reliqua animalium symptomata oriuntur?

§. XL.

Si in atomorum locum substituantur Monades Leibnitianæ, quarum natura & coordinatio a DEO repetitur ; in toto rerum systemate omnia sunt vitæ plena, & ipsa materiæ phænomena ex internis monadum perceptionibus sunt explicanda. Examinabimus notiones & ratiocinia in Principiis

Phi-

Philosophiæ Leibnitii Tom. VII. Supplem. A. E. Lips. insertis contenta, quorum potissima hæc sunt:

- I. Monas non est nisi substantia simplex, quæ in composita ingreditur. Simplex dicitur, quæ partibus caret.
- II. Necesse autem est, dari substantias simplices, quia dantur composita: neque enim compositum est nisi aggregatum simplicium.
- III. Vbi non dantur partes, ibi nec extensio, nec figura, nec divisibilitas locum habet. Atque monades istæ sunt veræ atomi naturæ, & Elementa rerum.
- IV. Neque etiam in iis metuenda est dissolutio, nec ullus concipi potest modus, quo substantia simplex naturaliter interire potest.
- V. Ex eadem ratione non datur modus, quo substantia simplex naturaliter oriri potest, quoniam non aliter nisi per compositionem formari posset.
- VII. Nullo modo explicari potest, quomodo Monas alterari aut in suo interiori mutari queat per creaturam quandam aliam . . . Destituuntur monades fenestræ, per quas aliquid ingredi aut egredi valet.
- IX. Opus est, ut quælibet monas differat ab alia quacunque . . . Quod si substantiæ simplices qualitatibus non different; nulla etiam in rebus mutatio observari posset . . . Et si monades qualitatibus destituerentur; nec una ab altera distingui posset, quoniam eædem nec quantitate differunt: consequenter si plenum supponatur, locus quilibet in motu non reciperet, nisi quod æquivaleret ei, cui succederet, & unus rerum status indiscernibilis foret ab altero.
- X. Assumo tanquam concessum, quod omne Ens creatum sit mutationi obnoxium; immo etiam, quod mutatio sit in unaqualibet monade continua.

XI. Sequitur ex hactenus dictis, mutationes naturales Monadum a principio interno profici, propterea, quod causa externa in ejus interius influere nequit. Et generaliter adfirmare licet, vim non esse nisi principium mutationum.

XII. Opus etiam est, ut praeter principium mutationum detur quoddam schema ejus, quod mutatur, quod efficit specificationem ac varietatem substantiarum simplicium.

XIII. Involvere istud debet multitudinem in unitate aut simplici. Omnis enim mutatio naturalis cum per gradus fiat; aliquid mutatur & aliquid remanet.

XIV. Status transiens, qui involvit ac repræsentat multitudinem in simplici, non est nisi istud, quod Perceptionem appellamus, quam probe distinguere debemus ab Apperceptione seu Conscientia. . . .

XV. Actio principii interni, qua fit mutatio seu transitus ab una perceptione ad alteram, Adpetitus appellari potest.

XVIII. Nomen Entelechiarum imponi posset omnibus substantiis simplicibus. Habent enim in se certam quandam perfectionem ($\varepsilon\chi\gamma\sigma\tau\alpha\epsilon\pi\tau\epsilon\lambda\epsilon\varsigma$). Datur quædam in iis sufficientia ($\alphaυταρχεια$), vi cuius sunt actionum suarum internarum fontes, quasi automata incorporea.

XLVIII. Deus solus est Vnitas primitiva seu substantia simplex originaria, cuius productiones sunt omnes monades creatæ aut derivativæ, & nascuntur, ut ita loquar, per continuas Divinitatis fulgurationes per receptitatem creaturæ limitatas, cui essentiale est esse limitatum.

LII. *Creatura dicitur Agere extra se, quatenus habet perfectionem, & Pati ab alia, quatenus est imperfecta. Ita monadi actionem tribuimus, quatenus habet perceptio-nes distinctas, & passiones, quatenus confusas habet.*

LIII. *In substancialibus simplicibus influxus unius monadis in alteram tantum idealis est, qui effectum fortiri nequit nisi DEO interveniente, quatenus in ideis DEI una Monas cum ratione postulat, ut DEVS, ordinans cete-ras, in principio rerum ipsius rationem habeat.*

LXII. . . . *DEVS totum ordinans respexit ad quamlibet partem & in primis ad unamquamque monadem, cuius natura cum sit repræsentativa, nihil est, quod eam li-mitare posset ad unam tantum rerum partem repræsen-tandam, quanquam hæc repræsentatio non sit nisi con-fusa respectu partium universi, nec distincta esse possit, nisi quoad exiguam rerum partem. . . .*

LXIV. *Quamvis quælibet monas creata totum universum repræsentet; multo tamen distinctius repræsentat corpus, quod ipsi peculiari ratione adaptatum est & cuius Entelechia existit. Et sicuti hoc corpus exprimit totum uni-versum per connexionem omnis materiæ in pleno, ita etiam anima totum repræsentat universum, dum repræ-sentat hoc corpus, quod ad ipsam spectat peculiari qua-dam ratione.*

LXV. *Corpus spectans ad Monadem, cuius Entelechia vel Anima existit, constituit cum entelechia id, quod Vi-vens appellatur, & cum Anima id, quod Animal fa-lutatur.*

LXVI. *Est vero corpus viventis vel animalis semper or-ganicum.*

LXVII. Ita quodlibet corpus organicum viventis est species machinæ divinæ aut automati naturalis, quoniam machina arte hominis facta non est machina in qualibet parte. Machinæ naturæ sunt machinæ in minimis partibus usque in infinitum.

LXVIII. Et fieri potuit, ut Autor Naturæ hoc artificium divinum & prorsus mirabile in praxin dederet, quia portio quælibet materiæ non modo divisibilis in infinitum, verum etiam actu subdivisa in infinitum, qualibet parte peculiari motu gaudente: alias fieri haudquam posset, ut quælibet portio materiæ totum exprimeret universum.

LXIX. Liquet inde, in minima portione materiæ dari mundum creaturarum viventium, animalium, entelechiarum, animarum.

LXX. Quælibet portio materiæ concipi potest instar horti pleni plantis & instar piscinæ plenæ piscibus. Sed quilibet ramus plantæ, quodlibet membrum animalis, quælibet gutta humorum ipsius est denuo hortus aut piscina istiusmodi.

LXXI. Et quamvis terra atque ær inter plantas horti, aut aqua inter pisces piscinæ intercepta, non sit planta, neque pisces; nihilominus plantas & pisces continent, sed plerumque subtilitate nobis imperceptibili.

LXXII. Ita nihil incultum, nihil sterile, nihil mortuum datur in universo, nullum chaos, nulla confusio, nisi quoad apparentiam.

LXXIII. Videmus hinc, quodlibet corpus vivum habere entelechiam unam dominantem, quæ est anima in animali; sed membra hujus corporis viventis plena sunt alijs.

aliis viventibus, plantis, animalibus, quorum unumquodque iterum habet suam entelechiam seu animam dominantem.

LXXIV. *Enim vero haudquaquam nobis cum nonnullis imaginari debemus, qui mentem meam parum persperherunt, animam unamquam habere massam quandam aut portionem materiae propriæ, & per consequens possidere alia viventia inferiora semper ad ipsius servitia destinata. Omnia enim corpora rivotrum instar in perpetuo sunt fluxu.*

LXXV. *Ita anima non mutat corpus nisi sensim sensimque & per gradus, ita ut nunquam omnibus suis organis uno quasi ictu privetur. Et dantur saepius metamorphoses in animalibus, sed nunquam metempychosis seu transmigratio animalium locum habet. Neque etiam dantur Animæ prorsus separatae.*

LXXIX. *Si animal nunquam naturaliter incipit, nec unquam naturaliter finiri debet, & non modo nulla datur Generatio, verum etiam nulla destructio totalis, seu Mors rigorose sumta.*

LXXXI. *Anima suas sequitur leges & corpus itidem suas: conveniunt vero inter se vi Harmoniæ, inter omnes substantias præstabilitæ, quoniam omnes repræsentationes sunt ejusdem Vniversi.*

LXXXIV. *In hoc systemate corpora agunt, ac si (per impossibile) nullæ darentur animæ, ac animæ agunt, ac si corpora nulla darentur, & ambo agunt, ac si unum influeret in alterum.*

§. XLI.

Primum Leibnitii lemma, e quo sua deducit ratiocinia, hoc est. *Dantur composita: Secundum principia Leibnitiana existentia compositorum neque a priori, neque a posteriori, nec*

ullo alio modo demonstrari potest. Non a priori, cum e notione compositi non sequatur ejusdem existentia. Nulla necessitas nos eo adigit, ut ex essentia Compositi inferamus ejusdem existentiam. Solus enim DEVS, ut Leibnitii utar verbis, hoc privilegio gaudet, quod necessario existat, si possibilis est. Neque a posteriori evinci potest existentia comitorum e principiis hujus Autoris. Si enim per experientiam nobis aliquid innotesceret de objectiva Compositorum existentia; necessarium esset, ut sensibus nostris aliquid in objectis compositis detegeremus. Sed sensus nostri nobis plane non manifestant materiam seu res compositas. Nam Anima, quæ sensibus utitur, seu cui inest vis repræsentativa, quæ mundum sensibilem in se habet, ex interno fonte elicit suas repræsentationes, ita, ut sine rerum externarum actione eadem sola animæ virtute producantur.

§. XLII.

Si igitur, id quod Leibnitus sentit, nr. lVII. nullo modo explicari potest, quomodo Monas alterari, aut in suo interiori mutari queat per creaturam quandam aliam: Si monades destituantur fenestris, per quas aliquid ingredi aut egredi valet: Si, n. XI. mutationes naturales monadum a principio interno profiscuntur, propterea, quod causa externa in ejus interius influere nequit: Si, n. LXXXIV. in hoc systemate corpora agunt, ac si nullæ darentur animæ, ac animæ agunt, ac si corpora nulla darentur: manifestum est, nos res externas plane non repræsentare, sed tantum nobis obversari nostras imagines a nobis formatas & e nobis elicitas. Phænomenon, quod mihi apparet, non est aliquid objectivi, sed imago quædam, quæ hoc ipso momento nasceretur, sive aliæ substantiæ existerent, sive non existerent. Nulla ratione aliquid materiale objective existens sentio, nihil resolvo, nihil compono. Ego enim in nullam rem ago, nec ulla res agit in me. Omnia igitur phæ-

phænomena a me formantur secundum ordinem a DEO in me præstabilitum. Cum mihi videor applicare digitos ad scribendum, movere pedes, elevare molem, edere & bibere, & quascunque exercere actiones: re vera phænomena hæc non inferunt existentiam vel manus, vel pedis, vel molis, vel cibi, vel potus: Sed apparentiæ hæc sunt effectus *mei*, ut substantiæ repræsentativæ. Ita cadit criterium rerum existentium, & vera *rerum externarum* sensatio. Quod cum ita se habeat; nulla ratione ab existentia compositorum, admissis hisce principiis, aliquid concludere possum. Neque ex imagine, quam formo, rite colligo existentiam rei similis, cum *imago* mea neque ponat, neque excludat rerum aliarum existentiam.

§. XLIII.

Si e principio Convenientiæ, e rationibus Systematicis, e perfectionibus Divinis judicem, præter me & alias res existere; exinde tamen nondum efficere possum, ut res existentes mihi sint manifestæ, cum omne, quod mihi est manifestum, e principiis suppositis ad me referatur, & a me pendeat, non autem ab actione rerum aliarum oriatur.

§. XLIV.

Denique, si supponam, DEUM in me præstabilivisse seriem sensationum cum ipsis objectis externis harmonicam; nihilominus series rerum externarum mihi manet plane occulta, cum ab iisdem nulla ratione afficiar, nec ego in easdem operari possim.

§. XLV.

Admittamus autem compositorum existentiam licet ex suppositis non demonstrabilem. Concessa compositorum existentia ad substantiarum simplicium existentiam non valet consequentia. Compositum enim, sive res materialis, respectu ad partes habito, præter divisibilitatem nihil monstrat.

§. XLVI.

E divisibilitate autem totius ad indivisibilitatem partium male concluditur. Omne continuum, omnis imago, omne phænomenon ita comparatum est, ut divisionem in infinitum arguat. Partes imaginis ultimæ plane non possunt concipi, quemadmodum nec pars lineæ, durationis, aut alias cujusdam continui ultima intelligi potest. In linea, figura, tempore, imagine aliisque continui speciebus intelligitur quidem extremum, sed non elementum simplex. Extremum est negativi quid, pars autem positivi est positiva.

§. XLVII.

Sic igitur Monadologia debili nititur fundamento, cum antecedens: *dantur composita*: ex ipso systemate tollatur; consequens autem hoc: *dantur simplicia*: inde non fluat.

§. XLVIII.

Difficile intellectu est, quomodo Leibnizius disertis verbis materiam dicat esse subdivisam in infinitum, qua ratione e coëxistentia monadum, ipsius materiæ fundamenti, judicare potuerit, portionem quamlibet materiæ non modo divisibilem esse in infinitum, verum etiam actu subdivisam esse in infinitum, qualibet parte peculiari motu gaudente: (n. LXVIII.)

§. XLIX.

Contradicторia hæc esse censerem, nisi forte distingui posset inter divisibilitatem phænomeni ut phænomeni, & divisibilitatem aggregati simplicium, quibus phænomenon nititur. Cum enim Leibnizius materiam dicat esse phænomenon bene regulatum; hoc ipsum phænomenon sub forma imaginis spectatum infinitas potest monstrare apparentias, perceptionibus totius mundi materialis fundatas, quæ apparentiarum infinitudo nondum tollit simplicitatem elementorum.

§. L.

§. L.

Talo æque imbecilli nituntur reliquæ notiones Monadologiæ fundamentales: Ita distinctio inter perceptiones & apperceptiones non est realis. Perceptio enim adeo obscura, ut cum nullo sensu, nulla cum sui manifestatione excitetur, est minor omni perceptione, & coincidit cum nullitate perceptionis. Nemo intelligit, quid sit lux eo gradu obscura, ut visu nullo percipiatur, quid sit sonus adeo debilis, ut a nulla aure audiri possit. Agnosco quidem, gradus in perceptionibus dari innumeros; quo autem non obstante perceptio, dum est perceptio, cum aliqua sui manifestatione necessario coincidit, quamvis sæpiissime fiat, ut perceptiones obscurissimæ & confusissimæ non nisi per admodum breve tempusculum menti obversentur, & sic oblivioni tradantur.

§. LI.

Involutio & evolutio perceptionum in monadibus Leibnitianis sunt inventiones ingeniosæ, rerum naturâ autem neutiquam fundatæ, cum eadem ipsi statuum consecutioni continuæ & systematicæ adversentur.

§. LII.

Quod e statibus præparatoriis successive educitur, id ante, quam ad summam perveniat claritatem, transfit per status intermedios. Sensationes autem nostræ non sunt ita comparatae, ut cum aliqua ratione e præparatoriis statibus eductæ videri possint. Oriatur hoc momento ingens fragor, quantum in tonitru vehementissimo observatur. Hic in statibus animæ antecedaneis non potest fuisse involutus, quia maxima eundem antecessit tranquillitas, & profundissimum omnium rerum silentium. Offeratur mihi pictura artificiosa; imago hæc in anima mea, quæ insuper pingendi artem non novit, non potuit latere inde a principio existentiæ ipsius animæ,

cum

cum antea nunquam cogitarim de pictura, vel nihil de ulla pictura adhuc percepimus. Qui audit linguam peregrinam; sibi nulla ratione persuadere potest, vocum, quas audit, non autem intelligit, sonos in fundo animæ dudum delituisse, & nunc repente secundum leges evolutionis manifestatos esse.

§. LIII.

Iucundum est legere modos, quos Viri judicio me superiores excogitaverunt ad explicandas ejusmodi evolutiones repentinæ. Series enim perceptionum infinitas singunt, quarum quælibet tendit ad evolutionem sui, ita, ut e. g. arbor, quam nunc aspicio, suam habuerit seriem præparatoriam in perceptionibus obscurissimis sensim sensimque se evolventibus & ad claritatem tendentibus, ea ratione, ut hoc momento, quo oculi ad arborem diriguntur, vi harmoniæ præstabilitæ in anima quam celerrime perceptio arboris obscurissima transierit in claram.

§. LIV.

Ne saltus hoc modo committatur; distinguunt sententiæ hujus fautores inter mutationem subitaneam & cataractam. Mutatio repentina sive in instanti facta, quæ saltus est, repugnat ordini naturæ; cataracta autem est celerrimus & a nobis non observabilis in evolutione seriei progressus.

§. LV.

Facile intelligitur, non nisi ad salvanda Monadologiæ placita hæc excogitata esse. Infinita hæc serierum multitudo æque absurdæ est, ac infinita Robineti fibrillarum multitudo repræsentandis objectis materialibus destinata.

§. LVI.

Monades vi agendi in objecta externa esse destitutas necesse est posita monadum notione Leibnitiana, qua stante neque anima humana, neque alias spiritus quidquam efficere potest

poteſt extra ſe. Cum autem ipta hæc notio falſa fit; ac viſ perceptiva non excludat vim agendi in reſ externas, ſed po- tius utraque viſ eidem poſſit in eſſe ſubjecto: omnia ea ſub- ruuntur, quæ de imposſibilitate influendi in reſ alias proferri ſolent.

§. LVII.

Natura ſpiritualis non abſolvitur meriſ ſideiſ, ſed præ- terea aliis viribus in ipta ſpiritus natura fundatiſ inſtructa eſt; Vel, ſi cui non placeat virium multitudiſ, Naturam ſpi- riſtualem ponat in Vi Vna, quæ vero neque mere - percep- tiva, neque mere ſui-motiva, vel alio ſenſu actiua dici po- ſet, ſed alio nomine inſignienda eſſet, quod facultates haſce ſimul exprimeret. *)

§. LVIII.

*) Vox εντελεχεια quam LEIBNITIUS Monadibus imposuit (num. XVIII.) ſeu potius ενδελεχεια admodum commoda mihi vi- detur ad exprimendam ſpiritus naturam, vires ſuas continuis actibus exercentem. Cicero Tusc. Quæſt. C. X. de ſignificatu vocis hujus ita ſcribit: Aristoteles longe omnibus præſtans & ingenio & diligentia cum^m quatuor genera principiorum eſſet complexus, e quibus omnia oriuntur, quintam quandam natu- ram cenſet eſſe, e qua ſit Mens: Cogitare enim & providere, & diſcere, & docere, & invenire aliquid, & tam multa alia, meminiffe, amare, odiſſe, cupere, timere, angi, lætari; hæc & similia eorum, in horum quatuor generum nullo in eſſe pu- tat: Quintum genus adhibet, vacans nomine; & ſic i pſum ani- mum εντελεχεια appellat, novo nomine, quaſi quandam continua- tam motionem & perennem. Budaeus in Libro de Afſe fol. VI. ſeqq. Entelechiam, inquit, Cicero continuum motum intellexit, quaſi Aristoteles Endelechiam per d litteram ſcripſerit, id eſt, continua- tionem, & non entelechiam potius, quam actum & perfectionem do- diſſimi graecorum interpretantur. Ita vero Budaeus concedit, en- delechiam eſſe continuationem ſc. actuum ſeu virium, adeoque nomen hoc ſubſtantiae per continuos actus ſeſe maniſtantि com- mode imponi poſteſt.

D

§. LVIII.

Vt autem proprius ad Hylozoismi speciem, quæ e principiis Leibnitianis sequitur, accedam; manifestum unicuique est, nihil non vivere, (quapropter Leibnitius nr. LVIII. monadem vocat Speculum vivum perpetuum universi,) & ipsam materiam non nisi phænomenon esse e coëxistentia rerum viventium seu monadum repræsentativarum oriundum; id quod e positionibus Monadologicis patet.

§. LIX.

Si præter monades nihil existit, & materiæ phænomena e repræsentatione confusa monadum oriuntur: facile comprehendo, hoc respectu ipsam materiam dici posse vivam, seu aliquid e substantiis perceptivis ortum.

§. LX.

Quomodo autem, positis monadibus tanquam primis & veris naturæ elementis (n. III.) nihilominus asseverare liceat, Machinas naturæ esse machinas in minimis partibus usque in infinitum; (n. LXVII.) in minima portione materiæ dari mundum creaturarum viventium, animalium, entelechiarum, animarum; (n. LXIX.) Quamlibet portionem materiæ concipi posse instar horti pleni plantis, & instar piscinæ plenæ piscibus; sed quemlibet ramū plantæ, quodlibet membrum animalis, quamlibet guttam humorum denuo esse hortum aut piscinam istiusmodi (nr. LXX.) Quodlibet corpus vivum habere entelechiam unam dominantem, & membra hujus corporis viventis plena esse aliis viventibus, plantis, animalibus, quorum unumquodque iterum habet suam entelechiam seu animam dominantem; quomodo, inquam, positis naturæ elementis hæc inter se conciliari possint, difficile est perspectu.

§. LXI.

§. LXI.

Supra quidem divisibilitatem materiæ in infinitum conciliare tentavi cum elementis rerum simplicibus; sed, admissa hac concordantia nondum liquet, quomodo cum infinitate phænomenorum conspiret quoque infinitudo animalium in eadem materiæ portione, cum unumquodque animal suam habeat animam, ac per consequens infinita entelechiarum multitudo portioni materiæ finitæ inesse statuatur.

§. LXII.

Si una monas sibi repræsentat totum Vniversum; tum adeo non opus est infinita monadum multitudine ad generandum phænomenorum fundamentum objectivum, ut vel paucissimæ sufficere possint huic effectui.

§. LXIII.

Si ex compositis rite sequitur simplicium existentia; tum non potest fieri, ut pars compositi sit in infinitum composita, quia hac ratione nunquam perveniretur ad simplicia. Vbi enim compositio in infinitum apparet; ibi eo ipso non possunt admitti simplicia elementa, cum terminus elementorum in infinitum removeatur.

§. LXIV.

Si ubique in mundo deprehenduntur animalcula & plantulæ, exilitate non imaginabili terminatæ; admodum probabile est, formas animalium & plantarum in infinitum a se invicem differre posse; ita, ut, si animalculum quoddam tantæ parvitatis sub majori specie nobis offerretur, nos speciem illam vix pro animali habituri essemus; quod idem de plantis mihi verisimile videtur.

§. LXV.

Novam nobis exhibit sententiam de Natura Materiæ *Robinetus*, quam prolixè exposuit *Tomo quarto de Natura*.

Materiam Autor hic ceaset esse essentialiter tam organisatam quam animalem. Omnem materiam esse organisatam & animalibus plenam, uti modo vidimus, afferuit Leibnizius e natura monadum Vniversum hoc regulariter repræsentantium; quo fundamento nixus in dissertatione mea de Corporum organisatorum generatione Berolini 1748. impressa fententiam hanc de organisatione corporum omnium e Natura legum constantium, principio convenientiæ & analogia regularitatum in structura corporum observabilium ulterius stabilire tentavi.

§. LXVI.

Consideremus jam *Robineti* placita potissima, cuius ordinem in examine hoc sequamur:

I) Tomo IV. p. 1.

La Loi de continuité, observée uniformement dans l'Echelle des Etres, en forme un Tout infiniment gradué sans lignes de séparation réelle; Il n'y a que des individus, & point de règnes, ni de classes, ni de genres, ni d'espèces. . . . Tous les Etres sont du même Ordre, sans différences essentielles entre eux; Il n'y a jamais eu qu'un seul Etre prototype de tous les Etres, dont ceux-ci ne sont que des Variations prodigieusement multipliées & diversifiées de toutes les manières possibles. Desumfit hæc Autor ex Epistola Leibnizii ad Hermannum data A. 1707. in qua & hæc extant: *Je pense avoir de bonnes raisons pour croire, que toutes les différentes classes des Etres, dont l'assemblage forme l'Univers, ne sont dans les idées de Dieu, qui connaît distinctement leurs gradations essentielles, que comme autant d'ordonnées d'une même Courbe, dont l'Union ne souffre pas qu'on en place d'autres entre deux, à cause que cela marqueroit du désordre & de l'imperfection. Les hommes tiennent donc aux animaux, ceux-ci aux plantes; celles-ci derechef aux fossiles, qui se lieront à leur tour aux corps, que les sens*

&

Et l'imagination nous representent comme parfaitement morts & informes. &c.

Ibidem p. 5. La difference de deux êtres contigus dans l'échelle, est telle, qu'elle ne pourroit être plus petite sans que l'un ne fût précisément la repetition de l'autre, ni plus grande sans laisser une lacune. Ces deux Etres voisins se touchent d'aussi près qu'il est possible; Et le passage de l'un à l'autre ne fauroit admettre ni d'Etre intermédiaire ni de vuide. . . . Cette loi de continuité n'est rien moins qu'arbitraire. Dans une suite de trois termes pris à volonté dans l'échelle, la Nature ne peut sauter du premier au troisième; car la raison de l'existence du troisième est dans celle du second: p. 13. Nons avons vu, que de deux Etres contigus le second différoit du premier précisément autant qu'il étoit nécessaire pour qu'il n'en fût pas la repetition. Une difference si petite doit nous échapper. . . . p. 17. Il n'y a qu'un seul acte dans la Nature, dans lequel rentrent tous les evenemens: un seul phenomene, dont tous les phenomenes sont des parties liées: un seul Etre prototype de tous les Etres. . . . Il n'y avoit qu'un systeme naturel possible, tel que devoit être l'effet émané de la Cause, renfermant tous les possibles. Il n'y avoit qu'un seul plan d'organisation ou d'animalité possible, mais ce plan pouvoit & devoit être infiniment varié. L'unité de modele, ou de plan, maintenu dans la prodigieuse diversité de ses formes, fait la base de la Continuité ou de la liaison graduée des Etres. Tous les Etres different les uns des autres, mais toutes ces differences sont des variations naturelles du Prototype, qu'il faut regarder comme l'Element generateur de tous les Etres. Il les engendre véritablement par voie de développement. C'est un germe qui tend naturellement à se développer. Comme tel, il a une force d'extension d'autant plus grande, qu'il contient plus d'Etres qui prétendent à l'Existence. . . .



p. 18. On sent bien, que dans une telle manifestation des Etres le caractère du Prototype est dans tous, quoique varié par tout.

II) Tomo. V. p. 3. A la tête de cette grande échelle des habitans de la terre paroit l'homme le plus parfait de tous : Il réunit, non pas toutes les qualitez des autres, mais tout ce qu'elles ont de compatible en une même essence, élevé à un plus haut degré de perfection. C'est le chef-d'œuvre de la Nature, que la progression naturelle des Etres devoit avoir pour dernier terme &c.

p. 7. Une pierre, un chêne, un cheval, un singe, un homme, font des variations graduées du Prototype qui a commencé à se réaliser par les moindres elemens possibles. Une pierre, un chêne, un cheval, ne sont point des hommes ; mais ils en peuvent être regardés comme des types plus ou moins grossiers en ce qu'ils se rapportent à un même dessein primitif, & qu'ils sont tous le produit d'une même idée plus ou moins développée. On trouve dans la pierre & dans la plante les mêmes principes essentiels à la vie, que dans la machine humaine : toute la différence consiste dans la combinaison de ces principes, le nombre, la proportion, l'ordre, & la forme des Organes.

§. LXVII.

Propositiones, in quas hæc resolvuntur, sunt sequentes :

- I. In ordine Naturæ observatur lex Continuitatis.
- II. Non nisi Vnum datur Ens prototypum.
- III. Reliqua entia sunt hujus prototypi variationes.
- IV. Ab una variatione ad alteram pervenitur ordine quodam continuo, quod est germen tendens ad evolutionem sui.
- V. Prototypus generat per modum evolutionis variationes rerum.

§. LXVIII.

Lex Continuitatis innuit explicabilitatem phænomenorum & mutationum in una eademque serie reciprocam, five,
con-

consecutionem extremorum & mediorum ordinatam ; quae stante non datur saltus in rerum natura, sed omnia optimo inter se cohærent nexu. Saltus ab uno ad alterum dicitur, cum nec ex antecedaneo consequens nec ex consequenti antecedens intelligitur ex iis regulis, quibus series est subjecta. Quo sensu verissimum est, non tantum in serie rerum materialium, sed & in quocunque Ordinis genere, legem Continuitatis, sive regularitatum in natura objectorum fundatarum, observari.

§. LXIX.

Si autem hæc *continuitas* extendatur ad simultaneitatem plurium serierum & rerum quarumcunque : tum transitus fit a veritate seu ab eo, quod distinete & e natura rerum intelligitur ad somnium, quod meditanti facile subrepere potest.

§. LXX.

Nexus rerum non infert transitum possibilem ab una re ad alteram ope continuitatis cuiusdam mutationum, sed neque idem nexus talem transitum excludit. Si transitus est possibilis; ipsa transitus possilitas fundata est in rerum qualitatibus; Cum vero qualitates ita sunt comparatæ, ut internis characteribus, inter quos plane nulla proportio intelligitur, & qui plane heterogenii sunt; nulla ratione de tali transitu successivo & continuo cogitari potest.

§. LXXI.

Si enim in serie mutationum, quæ fingitur continua, a contemplatore vel aliquid addatur, vel aliquid dematur, vel aliquid elevetur, vel aliquid deprimatur, vel aliquid modo quocunque mutetur, id quod autem e Rei, de cuius mutationibus agitur, charactere seu natura interna non sequitur; manifestum est, fictiones tales esse ingenii luxuriantis foetus, a judicio acutiori non profectas.

§. LXXII.



§. LXXII.

Si res quæcunque per continuas mutationes reduci possunt ad res alias quascunque; tum ex identitate rationis organa quæcunque & perceptiones quæcunque continuitate mutationum transformari possunt in organa quæcunque & perceptiones inde oriundas quascunque. Consideremus e. g. organon oculi & visum cum eodem conjunctum: Si continuæ mutationes id efficere possunt, ut quodcunque existens transeat in quodcunque existens: manifestum est oculum cum visu sensim sensimque ordine naturali abire posse in aurem cum auditu. Cum autem plane nulla affinitas formæ visus pateat cum forma auditus, neque ulla ratione forma lucis comparabilis sit cum forma soni: appetit inde, quam absurdâ sint hæc somnia.

§. LXXIII.

Si animal organo visus plane carens proximum esse fingatur alii animali, & hoc denuo alii animali, donec producat animal videns; tum a non visu fit transitus ad visum; ab eo, quod non est, ad id quod est; ab eo, quod plane caret forma data, ad id, quod formam datam habet; a plane non præparato, a plane non involuto, ad habitum & ad evolutionem. Sed non-forma nunquam *proxima* est formæ, cum negativum nunquam sit proximum positivo, neque nullitas ullo sensu proxima sit unitati.

§. LXXIV.

Si Robinetus excipiat, formam visus quidem nunquam proximam esse formæ non-visus; sed tamen animal quoddam non-videns *proximum* esse animali videnti, ut embryo non-videns proximus evadere potest animali videnti; committet ignorationem elenchi. Non enim quæritur, num ens, cui inest dispositio, possit transfire ad id, quod e dispositione fluit,

fluit, sed de eo agitur, num ens, cui dispositio data nulla ratione inest, possit fieri id, quod non nisi e data dispositione derivari potest? Embryoni inest dispositio visus; adeoque talis embryo distinguendus est ab alio, quod tali dispositione plane caret.

§. LXXV.

Fortassis non rite percepi mentem Robineti; fortassis systema ipsius non id infert, ut animal quocunque in individuo spectatum possit fieri animal quocunque, aut planta quæcunque; sed tantum id intendit, ut quodlibet individuum sit proximum alii individuo, & hoc alii individuo, ita, ut in serie individuorum a termino quocunque per similitudines maximas five per dissimilitudines minimas perveniat ad terminum quemcunque, qui a termino primo mirum quantum differt, ita, ut e. g. cancer sit proximus cuidam animali, & hoc denuo cuidam animali, donec perveneris ad Aristotelem.

§. LXXVI.

Si hoc ita se habet, quæro, num inter cancrum & animal cancro proximum intercedat dissimilitudo quædam, an vero perfecta obtineat similitudo? Si perfecta inter utrumque obtingeret similitudo; ipsa *proximitas* caderet, quia *proximum* non est *coincidentes*. Sin autem unum alteri est dissimile; necessarium est, ut character dissimilitudinis intelligatur, adeoque dissimilitudo per datam quantitatem exprimi possit: Vt cunque parvum autem sit inter utrumque discriminem; necessarium tamen est, ut inter utrumque possit adhuc interseri series individuorum infinita. Ita vero facta hæc proximitas evertitur, cum eadem absolute impossibilis sit.

§. LXXVII.

In nullo continuo dantur termini proximi, sed quicunque a quocunque distat intervallo in infinitum divisibili. Si

E

e. g.

e. g. unum tempusculum ab altero, una linea ab altera ratione magnitudinis differat; differentia hæc necessario est assignabilis, adeoque quantitas, qua inter se differunt, dividi potest in infinitum. Quantitas hæc cum dividi possit in infinitum: manifestum est, inter duas quantitates continuas nunquam dari proximitatem, adeoque hanc fictionem non posse recipi in Physicam.

§. LXXVIII.

Si unum individuum alteri cuidam esset proximum, & a quocunque ob serierum continuitatem perveniri posset ad quocunque; necessario inde efficeretur, ut cancer aliquando posset fieri philosophus, id quod autem Robineto adeo non absurdum videretur, ut potius idem plene largitus esset. Cum autem virium & formæ absentia seu negatio non possit per fictionem proximitatis crescentis abire in positionem virium & formæ; nullo pacto fieri potest, ut id, quod penitus data destituitur forma, eandem acquirat per continuitatem evolutionis vel mutationis suimet ipsius.

§. LXXIX.

Vt primum autem individuo cuidam aliquid additur, quod antea non habuit, sive, ut primum individuum individuo conjungitur, quorum posterius a priori differt vel quantitate magnitudinis, vel gradus, vel alias affectionis; inter ipsas hasce res differentes interjacere possunt infinite-multa individua.

§. LXXX.

Quam fallax igitur est hæc consequentia: *Omnia inter se necuntur; Ergo unum alteri in data serie est absolute-proximum;* Neque minus illegitima est hæc: *In serie mutationum unius Rei data est continuitas; Ergo inter plures series eadem obtinet continuitas.*

§. LXXXI.

§. LXXXI.

At non tantum hæc, quæ modo indicavi, falsa sunt & ficta, sed & alia absurdâ inde facile deduci possent, ex eadem ratione. Si enim in serie rerum mundanarum datur Prototypum quoddam, quod ipsum prototypum ob continuatatem rerum & serierum potest esse individuum quocunque; eodem jure a vocabulo quocunque ut prototypo posset derivari vocabulum quocunque, ita, ut e. g. a voce *homo* per continuas & successivas sui mutationes derivaretur etymologicè vox *equus* vel *canis* vel alia quæcunque; nec non eadem methodo quælibet notio posset per continuatatem hanc transire in aliam quamcunque, e. g. notio parabolæ in notionem *justitiae* &c.

§. LXXXII.

Si ex assumto prototypo & individuorum continuitate mundus omnia ea complectitur, quæ ex natura Continuitatis & Prototypi sequuntur; necessarium esset, ut, quicquid ab ingenio & imaginatione fingi potest, idem quoque realiter existeret. Ita Sphinges & Fauni & Pegasi & homines multiplicites aliisque membris instructi, & quicquid delirari potest, in systemate rerum certò invenirentur. Qui sibi non metuit a ridiculis, facile hæc concedet.

§. LXXXIII.

Porro si ad prototypum conformatus est hic mundus, si continuitate cohærent inter se individua omnia & singula; nulla inveniri potest ratio, cur individua non coëxstant eo ordine, qui e natura continuitatis sequitur. Cur catena hæc tam perplexa est? Cur annuli hujus catenæ inter se confunduntur. Cur dissimilia miscentur cum dissimilibus? Aut hoc fluit e necessitate Actus Divini, aut e libera rerum productione, aut e necessitate nexus, aut casu fortuito individua



hoc ordine coëxistunt. Quicquid horum assumatur; nunquam inde ad talem, quæ heic singitur, nexus logico pervenietur catenam.

§. LXXXIV.

Ipsa terminorum in serie mundana mixtio satis demonstrat, quod systema rerum alio nitatur fundamento, quam variationum infinitarum *continuitate*. Ex experientia & historia Naturæ nihil de tali serie experimur; sed naturæ rerum ingenium humanum aliquid infert, quod a nemine observatur, nec e natura nexus rei cum re sequitur.

§. LXXXV.

Addo & hoc, quod, si ponatur prototypon quoddam, ad quod reliqua formantur individua, ab ipso hoc prototypo sive termino dato emanent tot individua proxima, quot coëxisternequeunt. Vti enim e centro dato emanant infiniti multi radii; ita ex hoc centro physico non tantum ad unam circumferentiam, ad unam globi superficiem, sed ad infinitas, ut ita dicam, dimensiones via patet, cum dentur innumeri respectus, ad quos reliquorum tendit variatio.

§. LXXXVI.

Quomodo p. 17. prototypus possit dici generare variations individuorum, quomodo prototypus hic vocari possit germen tendens ad evolutionem sui, ego quidem non comprehendendo. Si, afferente Robineto, quodlibet individuum potest spectari ut prototypon; fieri non potest, ut individuum sit germen totius mundi; Sin autem Prototypus est Causa efficiens & Actus unus naturæ, a quo omnia pendent: hoc sensu Prototypus format res omnes, non autem per evolutionem sui easdem sistit. Hinc nihil restat, nisi ut prototypon concipi possit & debeat ejus naturæ, ut e sui evolutione omnes successive prodire possint metamorphoses.

§. LXXXVII.

§. LXXXVII.

In stabilienda hac hypothesi Autor semper vacillat: Ita enim pag. 123. de eadem loquitur: *Jamais la Nature n'a été & ne sera précisément telle qu'elle est à l'instant où je parle; jamais les mineraux n'ont été & ne seront tels, qu'ils sont; jamais les plantes n'ont été & ne seront telles, qu'elles sont; jamais les animaux n'ont été & ne seront tels, qu'ils sont &c. Je ne doute pas qu'il n'y ait eu un temps où il n'y avoit encore ni mineraux, ni animaux, ou tous ces individus n'existoient encore qu'en germes... Peut être, qu'au commencement il n'y eut qu'un seul germe développé, lequel absorba tous les autres comme matière nécessaire à son développement &c.* Ita vero omnia huc redeunt, ut ab uno organismo complicato ad quemvis alium, ab uno germine ad quodvis aliud vi continuitatis evolutionum pateat transitus; Cum autem inter organisationes ratione organorum sensoriorum, partium, structuræ internæ, magnitudinis, contrariarum qualitatum, & instinctuum in animalibus tanta intercedat differentia, ut heterogeneitas eorundem infinites magis inde elucescat, quam affinitas quædam & continuitas, vi cujus lapis ad ens rationale vel evehi posset, vel per continuas lapidis mutationes tandem concipi posset transformatio in hominem.

§. LXXXVIII.

Modus autem, quem Autor in suis transformationibus fingit, omnes chimæras vincit, ac longe minorem veritatis speciem præ se fert, quam Metamorphoses Ovidianæ; Legatur vel unus, quem p. 28. depingit, metamorphoseon processus: *Il faut voir, inquit, cette habile ouvrière (la Nature) allonger graduellement la gueule du lion & du leopard pour en faire le groin du cochon & du Coati, le museau du Zibet & de la genette; puis le transformer en bec d'oiseau, & se plaire à le diversifier sous cette nouvelle forme, le recourber, l'applâtrer,*

tir, le renfler, l'affiler, le ramasser, le sillonner, le decouper ; changer ensuite cette substance cornée en un cartilage moins dur, le resserrer & l'adapter à la face d'un poisson ; l'atténuer enfin jusqu'à une extreme finesse pour en faire une trompe, un aiguillon, des crochets ou petites pinces a l'usage des insectes. Il faut la voir couvrir successivement le corps animal de duvet, de laine, de poil, de crin, de longs piquans, puis y substituer des plumes & des écailles, rejeter enfin le tout pour faire des animaux mous & nuds. Il faut la voir varier la conformatio[n], l'ordre, le nombre, les articulations des doigts du pied animal, allonger monstrueusement les griffes des pattes antérieures d'un petit quadrupede, les réunir par une large membrane deliée, en un mot faire des pattes allées pour la chauve-souris, puis des ailes pour les oiseaux, puis des nageoires pour les poissons, en laissant dans le poisson volant des marques non-équivocables du passage des ailes aux nageoires &c. E quo apparet, quam mire ludat imaginatio, & quam male ejusmodi saltus confundantur cum Ordine Evolutionum continuo. E cera ductili facilius ejusmodi transfigurationes intelligi possent, quam e characteribus organismorum internis, ut nihil dicam de characteribus sensitivi & intellectivi.

§. LXXXIX.

Autor noster conatur quoque definire notiones fundamentales ad negotium hoc spectantes, quo fine exponit, quid sit sensus ? quid organisatio ? & quid animalitas ?

§. XC.

Initium faciam a notione Organisationis : Dn. Autor Organon dicit esse cavum oblongum, sive cylindrum cavum, naturaliter activum : Verba ejusdem hæc sunt : p. 78. *Vn organe est un trou allongé, un cylindre creux naturellement actif;* & p. 79. *Vn organe est un cylindre creux composé d'autres organes ou cylindres creux;* cui addit, quod non existat organon, cuius

cujus elementa non sint organa Toti similia; Enī naturæ simplicissimum est compositum ex entibus similaribus: *L'Etre le plus simple de la Nature*, inquit ibidem, *est un composé d'Etres similaires.*

§. XCI.

Agnosco notiones hasce admodum difficiles esse definitu, & definitiones ab aliis datas facilius reprehendi quam corrigi. Si materia in infinitum est divisibilis, & omnis materia est organisata; tum non potest assumi organon primitivum; Sin autem tantum attendatur ad id, quod in omni deprehenditur organo, respectu non habito ad fines divisionis; organon censeo esse idem, quod est automaton, & organisatum proinde est automaton compositum, seu, id, quod pluribus organis constat.

§. XCII.

Cum autem Autor figuram quoque, quæ omni organo competit, in definitione determinet; videamus, num figura cylindri cavi fluat ex essentia organi, vel an hæc figura ex inspectione organorum nobis cognitorum ad analogiam majoris organi cum quocunque minori determinari possit? Bene quidem intelligo, omnem cylindrum cavum naturaliter activum esse organon, sed exinde nondum id infero, ut per conversionem omne organon sit cylindrus cavus.

§. XCIII.

Nihil impedit, quo minus pro figura organi & alia ponit possit; Si enim considerentur figuræ coni, globi, cubi: omnes hæ figuræ possunt conjungi cum vi activa, & considerari ut organa respective primitiva.

§. XCIV.

Probabile non minus est, ad constituendas organisations valde compositas requiri organa diversæ figuræ, quia infinita rerum & phænomenorum variatio facilius deduci potest

poteſt e variatione elementorum, quam ex eorundem ſimilitate.

§. XCV.

Si quis enim attendat ad ea, quæ conſpicimus, phæno-
mena, ad ignem, aquam, aërem, terram, & quæ ex hiſce
componuntur, ad partes animalium, oculos, aures, viſcera,
ad partes plantarum, & diversissimas omnium horum appa-
rentias; ſola cylindrorum conformatio non poteſt judicari
ſufficiens ad formanda hæc phænomena. Sin autem infinita
organorum minimorum reſpective-taliuſ varietas, ac ingens
quantitatis & qualitatis viriuſ diversitas fundamenti loco
ponantur: longe facilius inde varietas in rebus ſenſibilibus
efficietur. Vnitas Cauſæ & Vnitas Actus, quam Autor pro
principio ponit, non excludunt varietates in elementis na-
turæ materialiſ.

§. XCVI.

At, quicquid tentemus & ſupponamus, interna orga-
niſmi natura nobis nunquam revelabitur.

§. XCVII.

De SENSU Autor p. 74. hæc habet: *Qu'est-ce que sentir?*
C'est dans la signification la plus étendue & la plus simple,
recevoir une impression, un choc, une résistance. *Comme il n'y*
*a point d'Etre dans la Nature, sur lequel d'autres Etres n'agif-
fent, il paroît, que tous les Etres sentent, ou reçoivent des im-
pressions produites dans eux par l'action d'autres Etres.* *Le*
*sentiment n'est que cette impression; le sens, l'organe, qui la re-
çoit; & la faculté de sentir, l'aptitude à la recevoir, laquelle,*
comme il est évident, réside dans l'organe. . . L'apperception,
la comparaison des perceptions, la reflexion & le jugement même
sont des degrés du sentiment plus ou moins raffiné &c.

§. XCVIII.

Ad ſensationem excitandam requiri impressionem in ſen-
ſorium factam facile conceditur, ſed inde non poteſt ſequi,
ut

ut cum omni impressione, cum omni percussione, cum omni
resistentia conjungatur sensatio. Vbi est sensatio, ibi est im-
pressio a re materiali facta; sed reciproce inde non infertur
hæc propositio: Vbi est impressio a re materiali facta, ibi
est sensatio.

§. XCIX.

Omnem perceptionem requirere Subjecti percipientis Vni-
tatem, patet ex ipsa perceptionis natura, quæ manifestatio-
nem **SVI**, adeoque non multitudinis subjectorum, ponit.

§. C.

Si omnis materiæ percussio efficeret sensationem; tum
ob nexum rerum materialium sensatio hæc distribueretur in
infinitum. Sensationes autem, quas experimur, non sunt dis-
fusæ in infinitum, cum ex intuitione sive perceptione nostri
norimus, non nisi Vnum esse subjectum sentiens, ac id ipsum
subjectum, cui tribuimus visum, esse idem, cui tribuimus au-
ditum, aliasque perceptiones.

§. CI.

Vbi locum habet rerum separabilitas, ibi non potest
concipi intuitio seu manifestatio **SVI**, quia terminus **SVI**
non potest esse aggregatum plurium, quorum cuilibet tribui-
tur character existentiæ ab aliis rei charactere non pendens.

§. CIL.

Intellectum non esse sensationem ad majorem subtilitatem
evectam vel ex hoc solo patet, quia decrescente sensationum
vivacitate non decrescit judicij acumen, neque decrescente
intellectu decrescit sentiendi facultas, vel sensationum vigor.

§. CIII.

Ad Animalitatem Autor requirit nutritionem sui, evolu-
tionem sui & facultatem generandi sui simile, quem animalitatis
characterem, uti supra jam dictum est, attribuit omni materiæ,

F

quem-



quemadmodum & organisationis characterem, qui ab anima-
litate non potest sejungi, omni materiæ competere censet.

§. CIV.

Autori nostro non sufficit tribuere organisationem & ani-
malitatem omni materiæ, sed præterea Idem tam organisa-
tionem quam animalitatem omni materiæ *necessario* compe-
tere censet. Inde sub finem Libr. III. Tomi IV. addit propo-
sitiones, quarum prior est: *La Matière est essentiellement orga-
nique*, altera autem hæc: *La matière est essentiellement animale*.
Priorem ita explicat: *Je regarde l'organisation comme une qua-
lité essentielle à la matière, qualité aussi essentielle que l'étendue
... Toute la matière est germe & peut se résoudre en germes &c.*
Posteriorem propositionem deducit e priori hisce expressioni-
bus: *Un germe est un Etre replié, contracté, reduit au moindre
terme de son existence. C'est de cette contraction que lui vient
sa force evolutive, en vertu de laquelle il se nourrit & croît par
l'intusfusception des alimens propres à son développement, les-
quels ne lui sont propres & analogues que parcequ'ils contien-
nent d'autres germes semblables. Le mechanisme de la nutrition
porte ces germes dans les réservoirs qui leur sont destinés, & où
ils abondent dans l'âge de puberté. Cette abondance produit
une irritation, une energie, qui est une vraie force génératrice,
& qui ne manque pas d'avoir son effet, selon les loix & la
manière prescrites par la structure particulière de chaque individu.*

§. CV.

Materiam non esse ex sui essentia organicam vel inde
est manifestum, quod e notione materiæ non sequitur deter-
minata ejusdem figura. Eadem enim ratione, qua concipi
potest cylindrus cavus, quælibet alia figura materiæ intelli-
gitur. Si organon in primitiva sui constitutione est materia
cylindriformis; eadèm ratione & alia materia sub alia figura
concipiatur; cubus enim materialis aut pyramis materialis
non

non involvit idearum repugnantiam. Interna rei constitutio nunquam confundenda est cum externis rei ejusdem modificationibus.

§. CVI.

Ponamus, materiam esse essentialiter organisatam: Si materia non potest existere nisi sub forma organisationis, sub forma cylindrorum cavorum vi activa præditorum; magna adhuc intercedit differentia inter organisatum & germen: Ingens saltus & hiatus appareat ab organisato ad germen. Omne germen quidem est organisatum (licet organisatio non accommodetur ad formam Robinetianam); sed non omne organisatum est germen. Si germen est materia convoluta ad minimum volumen reducta, & vi semet evolvendi prædita, unde reliquæ vires suam trahunt originem; tum ex ipsa hac germinis essentia nondum efficitur, ut omnis materia hisce instructa sit dispositionibus, quia phænomena germinis non sunt ea sola, quæ ex regulari materiæ forma oriri possunt. Deinde *minimus* existentiæ terminus repugnat organisationi in infinitum tali.

§. CVII.

Ponamus insuper, non autem concedamus, materiale non nisi sub forma germinis concipi posse; Si hoc ita se habet: ex hac notione nondum sequitur germinis animalitas, cum evolutio & generatio bene possint intelligi sine sensu, sine ulla sui manifestatione.

§. CVIII.

Sin objiciat autor, sensationem sequi ex impressionibus a materia factis; tum aliquid objicit sine ratione, cum in sola impressione a rebus materialibus facta nullum principium sensus contineatur. Ita Autor semper committit petitionem principii, & e notionibus arbitrariis ad necessarias rerum qualitates concludit.

§. CIX.

Cum e mente Autoris omnis materia sit essentialiter animalis; ipsa hæc principia postulant, ut Idem Terræ, Aquæ, Aëri & Igni affinxerit Vitam, in nutritione, evolutione & generatione se manifestantem.

§. CX.

De animalculis terreis inter alia & hæc tradit Autor: p. 116. „Les animalcules terreux se reproduisent par la division de leurs parties; il y en a aussi, qui jettent une graine ou semence. Leur nourriture propre est l'eau & les débris des minéraux. Mais ils s'abreuvent surtout d'eau, l'assimilent à leur substance, croissent & atteignent assez promptement la perfection de leur nature, avec les facultez qui y sont attachées. Lors qu'ils ont acquis de leur accroissement parfait, ils se trouvent en état de produire leur semblable.,,

§. CXI.

De animalculis aqueis: p. 221. „La substance de l'eau est animée & vivante. . . . Les grandes & les petites eaux sont des amas plus ou moins grands de vermisseaux aqueux; les pluies proviennent des nouvelles generations de ces animalcules. Les vapeurs que le soleil élève & qui sont dites se condenser à une certaine hauteur pour rétomber ensuite en rosée, en brouillards, & en pluie, sont des germes aqueux élevés dans l'atmosphère, qui y éclosent, y croissent & s'y développent jusqu'à un certain point en se nourrissant de l'air le plus grossier, pour retomber sur la terre sous un plus grand volume. . . .,,

§. CXII.

De animalculis aëreis: p. 230. „Les animalcules aériens sont extremement subtils. . . . Le ressort de l'air se conçoit facilement en se représentant les animalcules aériens comme des vermisseaux pliés en forme de spirale avec la faculté de se resserrer & de s'étendre. Lors qu'ils sentent l'action ou le choc de quel-

„que

„que corps étranger qui les presse, ils se resserrent & se replient sur eux-mêmes, par un mouvement organique & spontané, semblable à celui de la sensitive. Mais cet état est un état de gène pour eux, & ils reprennent leur situation naturelle dès qu'ils en ont la liberté. . . . Ces vermissoiaux se nourrissent sur tout de feu; ils en sont avides, ils s'en saoulent avec voracité; dans cet état ils sont gonflés. . . C'est ce qu'on appelle la rarefaction de l'air produite par la chaleur. &c.,

§. CXIII.

De animalculis igneis: p. 234. . . Le feu est le seul fluide proprement & essentiellement tel, & tous les autres ne le sont que par lui, c'est - à - dire par une certaine quantité d'animalcules ignés qu'ils contiennent . . . Ces etres qui donnent & entretiennent la chaleur dans le corps animal, ces Etres principes de la vie, n'en jouiroient-ils point eux-mêmes? . . . Ils sont rassemblés en troupe dans les phosphores . . . à la moindre secouste d'un phosphore on voit les animalcules ignés se rassembler & se produire au dehors sous une apparence lumineuse. . . . On dit communement, qu'un rayon de lumière est composé de sept rayons qui ont chacun leur refrangibilité propre, résultat naturel de la diversité spécifique des molecules qui entrent dans leur composition. . . . Quel inconvenient d'admettre sept âges ou periodes dans la vie des animalcules ignés, & consequemment sept degrés differens de force propres chacun à chaque âge? Ces animaux en passant par le prisme seront obligés de se refracter chacun selon sa force, selon son âge, & chacun portera ainsi sa couleur propre.,,

§. CXIV.

Quo magis absurdâ sunt dogmata & quo magis ad somnia accedunt, eo difficilior sæpius est eorundem confutatio, cum examinans, unde initium ipsi faciendum sit, interdum anceps hæreat. Si animalcula terrea generant sui similia, si nutrimentum, quod animalculis aqueis constat, convertitur



in animalcula terrea; necessarium esset, ut portio terræ vasculo contenta per crebras aquæ affusiones intuitu massæ cresceret, &, subtracta aqua superstite, majus pondus exhiberet. Animalcula enim aquæ, quæ in terrea per assimilationem transformata sunt, remanerent in vasculo sub forma terræ.

§. CXV.

Si vermiculi aquei nutrimentur ab aëre crassiori, & hic transformaretur in formam aquæ ope assimilationis; tota aëris massa tandem deglutiretur ab animalculis aëreis, cum aër semper incumbat aquæ, & animalcula aquæ semper novum aërem in sui similitudinem converterent.

§. CXVI.

Si animalcula aërea nutriuntur igne, & ignis ita transformatur in aërem: ipse aër rarefactus plus massæ contineret, quam non-rarefactus, cum certa aëris portio per assumta nutrimenta plus materiæ acquireret, quæ materia, cum animalcula aërea non penetret, non potest esse tantæ subtilitatis, ut pondus non augeret. Sed hoc phænomenon contradiceret summæ ignis fluiditati.

§. CXVII.

Si animalcula ignea sunt omnium subtilissima; tum eadem motibus spontaneis e corporibus, quibus insunt, libere exirent, sine ulla frictione vel aliis mediis.

§. CXVIII.

Si animalcula hæc diversas habent ætates; nulla apparet ratio, cur nec plures nec pauciores semper conspiciantur, quam septem ætates, cur hoc, non alio, ordine constanter coëxistant.

§. CXIX.

Jam vero & nostra hoc de argumento paucis exponenda est sententia: Secundum nostra principia Materia est imago rea-

realis a DEO formata, & Mundus materialis est Complexus imaginum realium. Imagines hæ specie a se invicem differunt, ita quidem, ut una species in alteram nunquam transfereat, seu, quod idem est, ut unus character primitivus nunquam transformetur in aliud characterem primitivum.

§. CXX.

Cum res materiales ab actuosa DEI pendeant repræsentatione, & nos a posteriori v. g. in magnetismo, electricitate, operationibus chemicis &c. deprehendamus effectus, qui non nisi a viribus derivari possunt: manifestum esse judico, materiæ inesse vires, idque eo manifestius & certius esse censeo, quo minus admittere possum, effectus Actuositatis Infinitæ viribus derivativis esse destitutos.

§. CXXI.

Vti imagines reales differunt a se invicem; ita quoque multiplicatatem & varietatem materiæ virium agnosci, necesse mihi videtur.

§. CXXII.

Cum Vis in nexu rerum nihil prosit, nisi ipsi concedatur influxus quidam in vires alias, quo influxu variæ actiones & reactiones, passiones, luctæ, origines & interitus phænomenorum, & alterationes in systemate materiali nascuntur: appareat, res materiales, nulla excepta, in se invicem agere.

§. CXXIII.

Cum DEVIS mundum materialem eo fine produixerit, ut spiritibus idem manifestaretur, ac ut iidem Perfectiones & Vires Divinas, quantum e natura corporum fieri potest, in materia manifestatas intueantur; per se liquet, spirituum naturam ita esse constitutam, ut hi influere possint & realiter agere in materiam, nec non a materia pati possint & affici.

§. CXXIV.



§. CXXIV.

Vti autem imagines reales a se invicem differunt; ita quoque substantiae percipientes a se invicem multis & innumeris characteribus distinctae sunt.

§. CXXV.

Supremam in tellure classem constituit Homo, cui deinde subordinantur innumeræ animantium species, quarum fines nobis non sunt perspecti.

§. CXXVI.

Hominem in rerum Vniverso summum obtinere locum perfectionibus Divinis non est consentaneum. Si enim datur ratio, ob quam DEVS produxit homines; ratio quoque DEO dignissima intelligitur, cur Idem produxerit spiritus superiores; Quousque autem Spirituum ordines extendantur, e nostra rerum perspicientia nos non possumus determinare.

§. CXXVII.

Dudum philosophi gentiles naturas humanâ præstantiores existere intellexerunt, quarum ordines nominibus geniorum, dæmonum & deorum insigniverunt; Sacrae litteræ mentionem quoque faciunt plurium ordinum in regno spirituum.

§. CXXVIII.

Spiritus superiores sine dubio incomparabiliter plura observant in Regno materiali, nec non longe plura de causis tam efficientibus quam finalibus vel intelligere vel conjicere possunt, quam id naturæ humanæ concessum est.

§. CXXIX.

Ita Vniversum Viribus est plenum, attractivis, repulsivis, vegetativis, sensitivis, intellectivis, conspirantibus, repugnantibus, & reliquis, quas Ens Sapientissimum ad systema formandum convenientissimas existere jussit.

